

e tentava di rincorare gli amici dolenti.

Di ciò Santo certo non gli muoverà rimprovero;

giacchè egli sa che la morte deesi stimare, non come motivo di pianto, ma come principio di miglior vita.

Ma il dolore è ora mai passato: Santo è salvo.

Del resto il piangere non fu disutile per lui,

che da ogni evento cerca trar profitto.

Riconoscere quanto incerta sia la vita dell'uomo è già premunirsi contro i mali di essa.

Ei frattanto non osa pienamente rallegrarsi finchè non veda l'amico che credeva perduto e che gli è stato quasi risuscitato dalla morte.

Si augura di poter vivere molti giorni lieti con lui;

se no, pur nell'assenza e dopo la morte la loro amicizia durerà.

dolor, demerem si possem, quia res hec et gravis et inutilis foret. nec vereor tamen te parum benigne ferre quod brevi paucorum dierum dolore contentus, luctum iam deponere querebam. novi enim moderationem tuam nichil a quoquam expetere nisi quod secundum virtutem prestari tibi possit; quin certus scio moleste te habiturum, quod memoriam tuam, quam iocunditate et laudibus venerari debebam, dolore et lacrimis prosequer. sentis enim cum eo qui ita de se iussit: « nemo me lacrimis decoret, nec funera « fletu faxit »⁽¹⁾. vetat enim funera existimari, que clarioris et melioris vite initia^(a) sunt. sed hec quidem omnia ventis data sunt^(b), ut dicitur⁽²⁾. tu enim, gratias Deo, incolumis es. ego dolui quantum potui et, ut vere dicam, plus quam potui, ac, si michi creditur, pene perii^(c). non tamen inutiliter dolui, cum plurimas bonas institutiones contemnende mortis simul ac vite michi vindicavi, qui ex una quaque re boni aliquid lucri, quod ditio rem animum faciat^(d), captare constitui. palam vidi quam libere vita nostra fortune ludibrio subiecta sit, quantum iuris in nos habeat. quamobrem didici nichil tale deinceps novum existimare, quod maximam huius nostri mali medelam credo. ut enim non miramur^(e) ea que quotidie^(f) oculis videmus, ita nec doleremus, si continuo premeditata nobis^(g) essent. sed hec quidem mecum discutere habeo. ut autem ad te redeam, non sufficio letari^(h) quantum velim, ac tantum doloris cepi quod non audeo, nisi prius te videro, plene letari. tu enim⁽ⁱ⁾ existimatione mea non alius es quam si mortuus revixisses; redditus es^(k) michi quem amisisse credideram. spero enim adhuc plurimos tecum iocundos dies exigere et, si uterque^(l) vixerimus, quam maximam partem^(m) vite simul agere⁽ⁿ⁾; quod si non contigerit^(o), et absentes et mortui, si quis erit huiusmodi^(p) rerum sensus, amicitia perfruemur^(q). nimium enim

(a) C initium (b) C sed hec omnia ventis, ut dicunt, data sunt (c) R potui nec, si michi crederem, ex dolore perii (d) C om. faciat (e) C miremur (f) R continue (g) C om. nobis (h) C nequeo tantum letari (i) R om. enim (k) C redditus est (l) C om. uterque (m) C per maximam partem (n) C exigere (o) R contingerit (p) C huiusmodi (q) C fruemur

(1) Il verso d'Ennio è citato da Cic. *Tusc.* I, xv, 34, ovvero da *De Senect.* xx, 73.

(2) Cf. OVID. *Art. am.* I, 51.